

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Ociositas f  
cum fonte primo

Omne uerbum ociosum quod locuti fuerint homines reddent de eo rationem in die iudicii.

Ociosum quippe uerbum quod aut utilitate rectitudinis aut ratione iuste necessitatis caret.

Gregorius in omelia VI.

Mecum uos admoneo, ab otioso sermone parcamus, inutiliter loqui declinemus, in quantum reniti linguae praeualemus in uentum uerba non defluant, cum iudex dicat:

Omne uerbum otiosum quod locuti fuerint homines reddent de eo rationem in die iudicii (Mat. 12:36).

Ociosum quippe uerbum est quod aut utilitate rectitudinis, aut ratione iustae necessitatis caret.

Gregorius Magnus, *Homiliae in euangelia, textus β*, 1, 6, 6 (CCSL 141, R. Étaix ed., p.44, ll.138-148).